dependet uelum.dicta quaſi ante amnem.

Antenor:princeps troianorum.

Antepedes obſeqa amicorum:circũpedes ſeruoꝝ.

Anteſignanus:propugnator ſignorum: primus
ſignifer.

Antes:capita ordinum uinearum.

Anteſtari primus teſtari:uel ante iudicem ſtatue
uel teſte uti ante iudices.

Anteſterion ſeptẽber mẽſis lingua quorundam.

Antaeus prĩceps troianoꝝ:qui filius terræ fingit.

Antibacchius uel palimbacchius pes dicitur quia
iteratur ab actione . conſtat ex duabus longis &
una breui:ut natura.

Anticyra:eſt inſula ubi abundat helleborum ad
capitis purgationem neceſſarium : & ponitur
pro helleboros antiqua parte templi: quæ ortus
reſpicit.

Antidotum græce dicitur ex contrario datum cõ
traria enim contrariis curantur.

Antipona græce uox reciproca duobus choris al
ternatim pſallentibus.

Antiphraſis:controuerſia:contrarietas. anti cõtra
praſis locutio.

Antiphraſis ſermo eſt ecõtrario intelligendus: ut
manes.i.mites eo ꝙ ſint ĩmites.

Antigorio.quemadmodum uel in primis.

Antigraphus:nota eſt cum puncto quæ in libris
apponit ubi in traſlationibus diuiſus eſt ſenſus.

Antipeargoſis græce retributio beneficiorum.

Antipodes genus mõſtri in libya plantas uerſas
habẽs poſt crura & octones digitos in plãtis an
tipodes dicti qd' cõtrarii noſtris ueſtigiis putãt.

Antipophora obiectio tacite queſtioni ſic.at tu
fortaſſe dixeris mihi . contraria relatio. reſpon
ſio culpati.

Antiquarii libellarii qui antiqua ſcribunt.

Antiquum annorum multorum ut antiquum ſe
culum . uetuſtus uero annis enumeratur dictũ
quaſi antequam.

Antiquare:ideſt euacuare. uel ad priſtinum ſtatũ reuocare.
Antiſagoge eſt cõtraria inductio cum aliquid difficile eſt & contrariũ conferimus ut difficilis ratio belligerãd'.at plena fidei & pietatis.
Antis eſt anni ordo. antes uero extremi uinearũ ordines uel maceriæ quibus uinea clauditur dicunt' a lapidibus uel aſſis eminentioribus: nam proprie antes ſunt eminentes lapides uel colum næ ultimæ in maceria uel fabrica: ad cuius ſimilitudinẽ extremi ordines uinearꝝ dici poſſunt.
Antis:capillis mulierum a fronte pendentibus.
Antiſigma littera ↄ contra C græce latine oppoſita.
Antiſtare præcellere.
Antiſigma nota in his uerſibus quorũ ordo mu tandus eſt.
Antiſigma cũ puncto ubi in eodẽ ſeuſu duplices uerſus ſunt & dubitat' qui potius ſit eligẽdus.
Antiſtes tis ſacerdos & pĩceps qui ãte altare ſtat
Antiſtropha reciproca conuerſio quando totum reſponſorium conuertitur.
Antitheſis poſitio litteræ pro littera ut olli p illi.
Antitheton ubi contraria contrariis opponutur & pulchritudinem ſententiæ reddunt ut frigida pugnabant calidis:humentia ſiccis.
Antitheta græce contrapoſita.ut cõtra malũ bonũ eſt & per infamiã & bonã famã oppoſitiões ſunt quaſi contra thetam litterã mortuorum.
Antichriſtus:qui cõtra chriſtum uenturus eſt dr.
Antonoma græce.pronomen dicitur latine.
Antonomaſia uice nominis poſita ut maia geni tus pro mercurio.
Antroici græce aduerſi nobis dicunt'.illi.ſ.q ex altera parte peruſtæ zonæ habitare dicuntur.
Antrapoditice:contrapoſitiue.
Anthos græce flos.
Anthracitis:lapis ignei coloris.
Anthrax tumor acutus a feruendo græce dicitur.
Anthrax carbũculus uel calculus pcioſus lapis.
Antiochiã ciuitatẽ Seleucus unus ex pueris alexã dri condidit: cui nomẽ patris ſui antiochi impo ſuit ipſa eſt caput ſyriæ.
Antiochiæ ſunt due.una in ſyria:altera in piſidia ab antiocho condita.
Antifates quidam qui humana carne ueſcebatur ex ſtrigonibus feris fuit.
Antropomorpheon uel antropomorpheſis man dragora græce.dicta ꝙ habeat formam hominiſ radix eius.
Antropofagi:gens græce ſic dicta ꝙ humanis carnibus ueſcantur.
Antroniſcus:incaſtratura.
Anthropoſorphitæ:heretici dicti qui deum hũana membra arbitrantur habere: quæ in diuinis libris ſcripta ſunt.
Anthropos græce latine homo dicit' eo ꝙ ſurſum ab humo ſubleuatus ſpectet quaſi anatropos.i. ſurſum uerſus.anthropus homo.
Antrum αντρον græcum eſt latine ſpecum dicitur uel antra quaſi atra.i.obſcura loca.
Anualles.circumuallatæ.ſecreta loca.
Anubis lingua ægyptiaca mercurius dicitur: qui colitur ab ægyptiis & pingitur canino capite.
Annuere:aſſẽtire alicui.ex ad & nuere componit'.
Anus uetula unde anilis quaſi annoſa.cuius dimi nutiuum anicula.
Anus res rotunda & intus uacua uñ anulus inde componitur inanis & uanus.
Anulare candidum dicitur quo mulieres & pictu ræ illuminãtur.fit ex creta admixtis uitreis gem mis:anus uero quaſi inanis maſculinum & ſecũdæ declinationis circulus uel foramen per quod exit ſtercus.inde componitur| anutergiũ.
Anui per diminutionem dicti ab anis.i.circulis q ſunt circum brachia.
Annus dictus quaſi anulus.i.circulus.inde annu us ideſt unius expleti anni & anniuerſarium id eſt circulus totius ãni in eodem die uel anniuer ſale quod eſt idem.
Annale ẽt ꝙ eſt ſingulorum annorum opus.
Annus cuius diminutiuum eſt ãnulus denomina tiuum anniculus.i.unius anni agnus.
Annus alius ſolaris alius lunaris qui fit.xxx.diebus uel duodeci lunatiõibus Alius magnus qñ do oẽs planetæ eodem modo poſiti ad priorem curſum conueniunt aut iubileus qui ſeptẽis annorum hebdomadibus.i.xlix.trãſactis fit. Eſt ẽt uniuſcuiuſꝗ planetæ annus.
Annus ut uoluuta circuitu temporis dicitur qa ueteres annum pro circo ponere ſolebant.uel dicitur ab innouando cuncta quæ naturali ordine in eo tranſeunt.
Anxius:triſtis:ſollicitus.inde deponens anxior aris.i.moleſtor.
Anxiferius.i.mæſtificus.
Anxur ciuitas.proprium iouis.maſculinum.
Anxyrus dicitur iupiter barbatus.
Aon mõs boetiæ ubi poetæ muſas dicũt morari.
Aonii thebani ab aonia regione.
Aon mons boetiæ a quo aonides muſæ dicũtur.
Aoth interpretatur habitatio uel glorioſus.
Apagete:abſcede & uade.
Apageſis recede.ſis ſanus.ſis pacificus.i.tace.
Apania lingua cappadocum nouember menſis.
Aparctias græce ſeptentrio.
Apparet qd'uidetur uel cognoſcit': paret quo'qd obſeqtur:quod deficit futuro infinito.
Apparitor obediens dictus: ꝙ apparet & præſto ſit ad obſequm.inde etiam apparitorium: ubi q cunꝗ res parantur.uel adiutorium.
Apparitio quoꝗ ideſt oſtẽſio:quæ græce epipha nia dicitur.
Appariſis eſt:cum id quod in animo quaſi iudici um depoſueramus:opportune repoſcimus.
Apathes:impaſſibilis græce.
Apathia græce impaſſibilitas.
Apella iudæus ſine pelle.
Appellatiua nomina dicta:quia cõmunia ſunt & multorum ſignificatione conſiſtunt.

Appellatio eſt communis ſimilium nunciatio ſpecies nominis: ut homo uir fœmina: uel qua itelliguntur habentes animam.
Appellatiuum ab appellando dictũ: quia ſub una uoce corporaliter & incorporaliter multa cõprehendit nomina.
Appellare aduocare.
Appellare: ad me compellere.
Appelleos: december menſis macedonũ lingua
Appellitæ heretici dicti ab appelle principe ſuo q xpm nõ uerum hoiem ſed fantaſma dicunt.
Appendere: eſtimare perpenſare.
Appeninus mõs italiæ dictus quaſi alpes pœnici: quia pœnicus hannibal hos aperuit.
Appenita ideſt ad intima.i.penitus.
Apperio reperio cõperio aperio componitur qd non eſt in uſu: uel a pario: quod antiquitus fuit quartæ declinationis.
Apeicia uel exyregmia ideſt indigeſtio.
Aper a feritate dicitur commutata.f.in.p. Aper ſignificat diabolum uel ducem ferum.
Apercularius: effractor.
Apes apis cuius diminutiuum pro e habet in longam priſc. apicula: quis Ouidius: hæc apis dixit. cuius diminutiuum habet apiculam.
Apes dictæ quod pedibus ſe inuicem alligent uel pro eo ꝙ ſine pedibus naſcant̃ Apes ſuũ regem defendunt: eo ꝙ incolumi nõ mutat mentẽ: amiſſo eo fidem & mella diripiũt ex agonia indiſcreta equalitate laterum componunt.
Apex picis dictus: ꝙ lõge ſit a pedibus: ideſt ſumma pars uerticis uel cæli uel galeæ uel mõtis: uel litteræ: ideſt uirgula: uel honor: uel diſtinctionis nota.
Apex pileum ſubtile: quo ſacerdotes gentiles utebantur. ab apiendo: ideſt alligando: nam uirgula quæ in pileo erat connectebatur filo: quod fiebat ex lana hoſtiæ.
Apiaſter hærba ueneniſera: q & apiruſius uocat̃: quia contractis neruis quaſi ridentẽ hoiem mortificat. h̄ eſt ſardonia priſ. Apiaſter ab apio.
Apianæ ſunt uuæ: q̃ dulce uinũ faciunt. unde apianæ dicuntur ab apibus has infeſtantibus.
Apiaſtræ aues: q̃ apes comedũt: unde & dicuntur.
Apiarium ubi ſunt apes. ſicut auiarium ubi ſunt aues: uiolarium ubi ſunt uiolæ: roſarium ubi ſunt roſæ.
Apiago dicta: ꝙ flores eius apes maxime appetãt.
Apio.pis ideſt ligo.
Apicioſus: caluus.
Apiſcor uel adipiſcor antiquitus commune ideſt acquiro.
Apis rex fuit argiuorum: qui trãſuectus in ægyptũ: cum ibi mortuus eſſet: ſerapis dictus eſt.
Apis ſignificat uirginitatis formam ſiue ſapientiã & non malo inuaſorem.
Apis apud ægyptios taurus eſt ſerapi conſecratus quem ibi mẽphite precepta dantem centum antiſtites proſequebantur. huius imaginem iudei fecerunt in heremo.
Apiſſimum: otium largiſſimum.
Apium genus hærbe: dictum ꝙ eo apiceſ: ideſt capita antiquorum triumphantium uel poetarum coronabantur: quo internorum uiſcerum dolores grauiſſima ſopiuntur. huius corona ebrietatem dicitur prohibere.
Apium ſiluaticũ. quem græci ambroſiã dicunt.
Apii forum: nomen oppidi.
Aplayfoy littera parthica.
Aplanos ideſt firmamentum dictum ſine plane: ideſt errore.
Applicare admouere. iuxta ponere.
Apliſtia: ſuperfluitas. crapula. ſaturitas.
Apluſtre: armamentum nauis. uel uelum. ſupplementa nauis.i. conta & remi.
Apocalypſis græce: reuelatio dicitur: quam dominus meus Ioannes ob euangelii p̄dicationem in inſula pathmos relegatus ædidit.
Apoca: litteratura.
Apocope. abſciſio de fine: ut ſat pro ſatis.
Apocataſtaſis: omnium rerum uolubilitas.
Apocoenon ideſt figura a communi: ut ait proſper hoc pater: hoc uerbum: hoc eſt & ſpititus almus.
Apochryſis: deauratio.
Apocoenon: excommunicatus.
Apochryſarius: theſaurarius. uel legatus.
Apochryſa: ſecreta ſcripture ſunt quarum occulta origo nec patens patribus: ĩ quibus apocryphis & ſi inuenitur aliqua ueritas: tamen propter multa falſa nulla eſt ĩ eis canonica ueritas: quæ recte a prudentibus iudicantur nõ eſſe ſanctorum eorum credenda: quibus aſcribuntur.
Apodanea dicta eccleſia ſãcti michaelis a pedis ueſtigio ibi impreſſo.
Apodix: ſocia. comes
Apodylon ferula.
Apodixis ἀπόδειξις eſt oſtenſio.
Apoderium ubi deponuntur ueſtes lauantium nam & apoderin græce latine exuere.
Apodiſterium græce: ubi ponuntur res in balneo
Apophaſis ἀπόφασις græce affirmatio & negatio.
Apophatica græce negãtiua: ut dies eſt dies nõ eſt.
Apopha abnegatiua.
Apophereta uaſa a ferẽdo poma uel aliqd dicta.
Apoflegmatizandi ſunt.i. caput eis purgandũ eſt.
Apogeum: ædificium cõſtructum ſub terris: ideſt antrum.
Apolimon: ex cõmunicatio.
Aporiſis: compoſitis uel circuncíſis.
Apolauo ἀπολαύω græce potior perfruor.
Appollinariſtæ heretici dicti ab appollinare: q dicunt xpm corpus tantũ ſine anima ſuſcepiſſe.
Apollo a gentibus ſol dicitur eoo fit ſolus. Titan dicitur quaſi unus ex tyrannibus qui aduerſus iouem nõ fecit. phæbus quaſi ephebus ideſt puer uel græce nouus pulcher. Pythius a pythone ſerpente quem ſagittauit unde pythia ſacra celebrantur.

Apollo ideſt exterminans ꝙ humores ſuo calore
pellat dicitur αϖὸ τοῦ αϖολλειν: ideſt perde
re noxius. qui & iſernalis dicitur.

Apologia excuſatio unde apologeticū ſatiſfactio-
nis iudicium uerum teſtimonium.

Apologus ex rebus humilibus forma compoſita
ad uiuendum ut ſermo inter murem urbanum
& ruſticanum.

Apolus: diuinus.

Apologeticus liber: ideſt ſatiſfactionalis.

Apoplexia αϖοϖληξια ſubita ſanguinis effu-
ſio quæ ſuffocat & interimit. Apoplexis eni græ
ce percuſſio.

Aporia: anxietas. tædium. uulnus, ſtimulus, abo-
minatio.

Aporiari: attribulari. conuiciari. uel quaſi pauper
abiici. Nam aporos græce pauper.

Aporia dubitatio ſimulātis ſe qs ſit aut qñ dicat.

Aporia αϖο ια græce indigentia fluxio deriua-
tio ſordes.

Apoſiopiſis eſt cum id quod dicturi uidebamur
ſilentio intercipimus ut quos ego ſed motos p-
ſtat componere fluctus. ſuſpenſa locutio.

Apoſioposis q̄dam figura ubi ponitur aliquid ex
tra librum.

Apoſtata qui recedit de uia iuſta poſt baptiſmum
& ad idola conuertitur.

Apoſtolus græce: liſſa hebraice: latine miſſus dici
tur. inde dicitur apoſtolicus & apoſtolatus. cōpo
nitur coapoſtolus.

Apoſtoli: heretici quidam hoc ſibi nomen ſumen
tes quia nihil poſſidentes proprium nequaq̄ re-
cipiant aliquid in hoc mundo poſſidentes.

Apoſfragiſma ſignaculū anuli quod ceræ infigit.

Apoſtema: malum quod diuerſis collectionibus:
ideſt cauſis euenit. apoſtomas enim græci colle-
ctiones uocant.

Apoſtrophe: tranſitus. regreſſus. reuerſio.

Apoſtrophe αϖο ϛροφη eſt in aliquem diſtricta
cōuerſio cum in aliquem conuertimus actionē
apud iudices.

Apoſtropha: pars circuli dextra & ad ſummam lit
teram appoſita ſic.

Apoteleſmata græce argutiæ res geſtæ.

Apothecæ uel. horrea græce repoſitoria uel recon
ditoria: eo ꝙ in his elaboratas fruges reponant.

Apotheoſis de diuinitate.

Apotheſis repoſitio.

Apo græca p̄poſitio tithemi τίθημι pono.

Apotheoſis tranſlatio in deos laus.

Apotheoſis græce conſecratio mirabile uel laus ſi
ue deitas.

Apotonia maior pars ſemitonii quæ a latinis de-
ciſio dici poteſt.

Apozima græce aqua cocta cū uariis cōdimentis.

Aprica loca q̄ ſole gaudēt quaſi αφρικη: ideſt ſine
horrore ſiue ꝙ ſint aperto cælo.

Apricum locus temperatus ſine uento. nemoro
ſum. manſuetum. amœnum. opacum.

Appretior. aris. comparo.

Apricitas. calor.

Aprilis mēſis dr̄ eo ꝙ germīa in flore apiant: græ
ce uero xandicos: hebraice niſam: ægytiace par
nuth Macedonice ſancticus appellatur.

Apernus. na. num ferus aſper. ab apro.

Apſum: uellus lanæ.

Aptare: componere.

Aptum: ornatum. fixura.

Aptum: ad tempus. utile ad perpetuum.

Aptota: ideſt incaſualia ſuntq; indeclinabilia pro
prie tamen dicenda quæ nominatiuum ſolū ha-
bent ut iupiter qui & nominatiuus iuenitur &
non accipitur etiam pro obliquiis.

Apulia prouincia ubi conditum eſt brunduſium.
unde apulus: ideſt homo apulia.

Apud p̄poſitio adiungitur loco uel perſonis & ſi-
gnificat ϖαρα græce locale.

Aqua ſignificat doctrinam uel populum & in ma-
lo tentationem.

Aqua ſignificat p̄dicationem ſanctam. unde ſolo-
mon: aqua profunda uerba ex ore uiri & torrenſ
inundans fons ſapientiæ.

Aqua intelligitur ſapientia aut ſpiritus ſanctus
ſeu populus.

Aqua dicta ꝙ ſuperficies eius ſit æqualis. inde aq-
tilis aquaticus. aquoſus. aquarius. & componit
adaquare uerbum.

Aquilium ſumma pars capitis.

Aqualiculus uentriculus ſed proprie porcorum
pinguendo ſuper umbilicum.

Aquarii: heretici dicti quia aquam ſolam offerūt
in calice ſacramenti.

Aquarius: ſignum dicitur in cælo.

Aquila ab acumine oculorum. dicta quia irreuer-
berato uiſu ſolem aſpiciat.

Aquila ſignum in cælo.

Aquila aquilinus ſicut muſtela muſtelinus facit.

Aquilum antiqui dicebant fuſcum uel nigrum.

Aquili ſpecies demonum qui in ſimilitudie aqua
rum apparent.

Aquilo uētus ad ſiniſtram ſeptentrionis dictus q
aquas ſtrigat & nubes diſſipet. eſt eni gelidus &
ſiccus. idē & boreas qa ab hyperboreis oris flat.

Aquis ciuitas alpiſcutiæ ubi ſunt aquæ calidæ.

Aquitania regio ab obliquis aquis ligeri dicta. h̄
a çircio oceanum qui aquitanicus ſinus dicit. ab
occaſu hiſpaniam habet. a ſeptētrione & oriente
lugdunenſem. & ab euro & meridie Narbonen-
ſem prouinciam attingit.

Ar apud hebræos menſis ſecundus dicitur.

Ara græcum eſt: quod latine dicitur pietas.

Ara cum altare ſignificat per a ſolā ſcribitur & pro
ducit penultimam: cū uero cubile porcoꝝ p aſpi
rationem & breuiatur ponitur. n. pro focis: p pe
netralibus: pro ſacris.

Ara dicta ꝙ uictime ibi ardeant uel a precationi-
bus quas græci aras dicunt.

Arrabo bonis dictus quaſi arra bona quod. n. da
tur pro coniugio bene datur. quod uero pro for
nicatione non arrabo dicitur.

Arra dicta a re pro qua datur:ut non ipſa ſicut pignus reddatur:ſed ipſa ſibi manēte cætera compleantur.
Araba interpretatur inſidiæ.
Arabia iterpretatur ſacra eo ꝙ ſit regio thurifera.
Arabes hi ſunt & ſabæi dicti quia in mōte arabiæ ſunt:qui dicitur libanus. & antelibanus ipſa eſt ſaba & panchaia.
Arabes humiles uel campeſtres.
Arabia auguſto terræ tractu ad orientē uerſus ad perſicū ſinum extenditur cuius ſeptentrionalia chaldæa claudit:occaſum ſinus arabicus.
Arabs bos græce.hic arabs bis & arabus bi latie.
Arabici hæretici dicti ab arabia:in q̄ ſunt orti dicētes aīam & corpus ſimul mori:ſimul reſurgere.
Arabicus:lapis ſimilis ebori.
Archid c ibalcada.
Arach filius chanaam:qui arcas condidit oppidū in radicibus libani.
Aracynthus mons thebāus iuxta mare:alii i acta ſeu attide eſſe dicunt Vir.in actæo aracyntho.
Aracuſia regio ab oppido ſuo ſic dicta.
Aracunculæ foſſæ paruæ inſtar aratri ſulci.
Aradias filius chanaan:a quo aradii ſunt qui aradium inſulam condiderunt.
Aradia gemma ex patria dicta eburnea eſt
Aram interpretatur gens uel altus hiero. iracondium ſonat.
Aranea genus piſcis.dictus ꝙ aure feriat.
Aranea ſignificat humanam fragilitatem.
Aranea uermis ab aere dictus:ꝙ in aere fila gerat bombix.
Arachne proprium fœminæ:quæ in araneam dicitur mutata:quia cum diana contendit.
Arapennis a poetis dr̄: ab arando ſcilicet: ipſe eſt actus quadratus undiq; finitus pedibus.cxx.
Ararac mons armeniæ:in quo arcam poſt diluuium.hiſtorici ſediſſe teſtantur.
Arar uel araris fluuius galliæ germaniæ.
Arare ab ære:quia prius ære arabatur.
Aratrum ab arando quaſi araterium.
Araxis amnis armeniæ in oriente.
Arbæ hoc ē quattuor: qa ibi abrahā Iſaac & Iacob in iferiore ſpelunca duplici ſepulti ſūt & ipſe priceps Adam in interiore hoc eſt ebron hæc prius dicta arboch.
Arbiter.iudex.medius.interpres:ſed arbiter fit ex uoluntate:iudex ex lege.facit arbitri ſecundum Salluſtium:ſecūdum uero regulam Priſciani tertie eſt:Inde deriuatur arbitrium collegium arbitriorum multorum:ideſt conſenſio.
Arbitrari ex animi iudicio:Iudicare ex lege communi antiquitus.
Arbor uel arbos fœmininū a robore deriuatum. eius ſeruat declinationē. Arborum oīa ſpecialia noīa fœminina ſunt:ut h̄ ficus:acer:excepto oleaſtro maſculino. Nā nec ſiler neutrum nec rubus maſculinū inter arbores poni debent. Sic quoq; ſpinus.Arbor ſignificat hoīem bonum uel malū ſecūdū fructum ſuum uel uolūtatem.Arbor fructifera & ſterilis dicitur:arbos uero nō niſi fructifera.dicuntur autem ab hærbis:eo ꝙ prius omne naſcens i herbam pullulet:genere autem fœminino arbores dicimus:poma uero neutro:exceptis paucis:hic oleaſter:hic ſiler:hoc buxum:licet:hæc buxus dicatur.
Arbuſta arboreta loca ſpiſſa arborum:poma ſilueſtria dicta quaſi arboris haſta. uel loca ubi arbores ſunt:ſicut ſalictum: hoc arbuſtum: neutrum lignū uel fructus:hæc arbutus uero genus arboris paruæ:pomū rubeum hēt frondeſq; raras.
Arca dicta:ꝙ arceat uiſum uel furem. Arca ab arcendo dicta:fines enim agri cuſtodit eoſque adire prohibet.
Arcades ab arcade rege dicuntur filio Iouis & caliſtonis.hi ſunt græci ſicyonii nūcupati a ſicyonio rege:qui primum agyalei uocabantur.Inde arcadia ſinus archaiæ:quam arcas cōdidit.
Arcas oppidū ad radices libani:qd condidit arach
Arcadii magr̄i heſiodi.hic arcas ꝓpriū huius arcadis:hic & hæc arcas gētile de arcadia arcadiſ facit
Archangeli græce ſummi nuncii dicti:ꝙ primatū teneant inter angelos Arcos αρχοσ enim græce princeps latine.
Arcanum dictum ꝙ ab eo omnes arceantur.inde arces dicuntur:a quibus hoſtes arcentur: q̄ ſunt excelſæ partes urbis.
Archarius:auctor diſpenſator.
Archæ græce locus ſublimatus doctrina magiſtri hic & hæc archos.
Archelia regna neutri generis.
Archetypus principalis figura.Arceo arces cui arcitū tu:unde arceſſo:& arcus huius arcus: a quo architenens componitur & arci balliſta.
Artus.ta.tum.ad differētiam arctus.i.urſa. Artior artiſſimus. Arx arcis arcitenens:arto artas a quo ars artis:unde componitur ſollers tior.mus.ſollertia:artifex artificium.artificioſus:Iners inertia ab arto articulus:a quo articulare & articulatus: artus artus: a quo componit ſ cundū quoſdam arma.i.artuum munimē.ab arceo arca arcarius: componitur exerceo:a quo exercitus & exercitotas & coerceo.unde carcer.
Arceſſo fiui ab arceo deſideratiuum dici poteſt.
Arceſſo dicit ab arceo pro adcio antiquitus:quod nunc accio dicitur ex ad & cio compoſitum.
Arcere:compellere.conſtringere.
Arceſſere:aduenire.compellere.prouocare.
Arceretus:conflictus.
Arcera uehiculum in arce:ſed non eſt plauſtrum.
Archeogoniæ:initium genus.
Archimandrita pater ſpiritualium ouium heremita:agens annos fere.l.
Architector,aris commune antiquitus.
Architectus:princeps uel magiſter architectorū.
Architectus magiſter fabricarum uel fundamenti:qui domos tegit.
Archia pricipia αρχη græce pricipatus uel initiū.
Archiepiſcopus ſummus epōrum:qui tam metropolitanis q̄ epiſcopis p̄ſidet.

Archigenes:princeps medicorum.
Arcifinius ager dictus:ꝙ certis linearum menſuris continetur:ſed arcentur fines eius obiectu fluminum montium arborum.
Archilochium heptametrum:conſtat tetrametro bucolico & tribus trocheis:ut ē hoc Linea piſcator tibi cōcidit in profunda ponti.
Archilochia metra ab iuētore archilocho dicunť.
Archilochū conſtat dimetro hypercatalecto:ut eſt hoc:pulchra figura crucis ſp auarus eget.
Archimagirus:princeps coquorum.
Archipoſia:princeps bibendi.
Arciſtis uel arciſta ſagittarius.
Archeſterium græce monaſterium.
Architriclinus maior domus.uel domo princeps trium lectorum quia in lectis ſolebant comedere. Nam archos αρχοσ græce priceps tri trium κλiɥн eline lectus.
Arcitenens apollo dictus:ꝙ arcum teneat.
Arciua ul'archiuia armaria:tabularia dicta:ꝙ arceant:ideſt prohibeant uiſum. hinc arciui librarii uel armarii dicuntur.
Arcora dicuntur quæ ſuper colūnas fiunt.
Archoitot ægyptioꝝ lingua auguſtus menſis.
Archontiaci hæretici qdā a principibus appellanť quia q̄ deus fecit angeloꝝ opera dicunt.
Arcticos primus circuitus cæli uerſus ſeptētrionē ideo ſic dictus quia intra eum arctos eſt.i.urſa.
Arctos græce urſa dicitur quæ & ſeptentrio: quia ſeptem ſtellis conſtat.
Arctos maior caliſto paluſtꝝ noīatur pp ſimilitudinē:nam qnq; pro carro:duæ q̄ uno loco uidentur:pro bobus habenť:ea uero q̄ ſequiť plauſtꝝ arctophylax uel bootes dř uel arcas. Arctos minor cynoſura hæc phœnice noīatur:quia phœnices hanc nauigando obſeruant.
Arctos fœmininum ē & appellatum:nam duæ arcti ſunt maior caliſto uel elice:ideſt ſeptētrio: minor uero cynoſura dicitur.
Arctophylax dictus.ꝙ arcton.i.elicon urſam ſeqť eundē booten dicunt eo ꝙ plauſtro hæret ſignū multis ſpectabile ſtellis iter quas arcturus eſt q̄ a latinis ſeptentrio dicitur.
Arcturus ſydus poſt caudam maioris urſæ dicta græce quia in pcordiis bootæ eſt.
Arctos malus reus.
Architomon antiquitatem uel principatum.
Arcumen a latinis dicitur ꝙ flos eius coloris uarietate arcum cæleſtem imitetur. ipſa eſt iris uel irica arbor.
Arcus quoddam inſtrumentum dicitur ſagittas arcens uel fornix curuatus aut camera ad ſimilitudinem eius plicitus:quarte declinationis maſculinum. Quando uero pro iride ponitur: quæ eius ſimilis eſt: quidam faciunt ſecunde: & inuenitur ēt fœmininum:ab arcitus per ſyncopā fit.
Arcus ſignificat ſcripturas ſanctas ubi fortitudine noui teſtamēti q̄ſi neruo duricia ueteril flexa eſt hinc tanquam ſagitte emittuntur apoſtoli.
Arculus diminutiuum ab arcu uel circulus.
Arcum ſecretum uel curuum aliquid.
Arculia proprium fluuii.
Ardalio:gluto.
Ardea ciuitas.xyiii.miliaria a roma:hic & hæc ardeas prꝗ ardeatis gentile eius.
Ardea auis dicta quod ardue uolet. Imbres.n.formidans ſup nubes uolat:ut procellas nubiū ſentire non poſſit:eadem tantalus nominatur.
Ardeo.des.arſi neutrū.ardeo uxorem pro amo.
Ardulio altus cum malignitate.
Arduus excelſus.
Area dicta:ꝙ in ea ſint arida:inde areola diminutiuum.Area ſignificat eccleſias:ubi fructus ab integumentis purgantur boni a malis affectu nondum loto.
Areo.res.rui rere facit.i.ſiccare:īde aridus.or.mus
Ariditas & harena.īde harenarius harenoſus. aranea araneolus areſco ariſta:componitur ex areo arefacio & arefio.
Arec ciuitas quæ nunc ſadec dicitur.
Arelatum galliæ urbs.
Arenantia:ſicca.arida.
Areos bithynienſium lingua iulius menſis.
Arepticius:demoniacus.ab arripere.
Areſtos ᾱρε ωοσ omnis modus uirtus.αρμοσ græce artus.
Arethuſa fons ſicilie cum quo ueniēs ſubtus mare alpheus miſcetur ab elide.
Aretalogus:falſidicus.mendax.artificioſus. arete αρεΤн enim uirtus:logos ſermo.
Arfaxath interpretatur ſanans depopulationem.
Arſige:gens.
Arga cucurbita.
Argentum a græco quod αρΤυþιοþ dicitur.
Argentum uiuum dicitur ꝙ excedat materias: q̄bus iniicitur. Inuenitur autem ī metallis ſiue in argentariis fornacibus guttarum congregatione tectis inherens:Sæpe etiam in ſtercore uetuſtiſſimo cloacarum uel puteorum limo:fit etiam ex minio impoſito conculæ ferreæ patena teſtea ſuppoſita : cum circum lito uaſculo circundantur carbones ſicque argentum uiuum ex minio diſtillat.
Argeſtes:uentus.chorus.
Argeus mons cappadotiæ nūq̄ caret pruinis.
Argeus uel argius producit penultimam.
A bargeos.i.homo de terra uel propriū montis.
Argilla terra uiuida ab argis dicta apud quos primum ex ea uaſa facta ſunt.
Argilla ciuitas eſt.
Argyraſpidæ ob arma deargentata ſic dicti milites qui ſub alexandro militabant.
Argirippa urbs q̄dam.
Argirites gemma ſimilis argento:nam argyrion græce argentum dicitur.
Argyrus uocabatur qui nunc nummus diciť quia quam plurimum argento percutiebatur.
Argis ſylua.
Argiſteriſta:ſtationes:nundinæ.popinæ.
Argitis grecula uitis generiſ albi duo hēt genera.

Argi græce & argiui dicti ab argo rege filio apis. Iidẽ danai a danao rege. Iidẽ quoq; argolici ab ar
Argiuus.ua.uum: ideſt e græcia. (go.
Argo græce a celeritate dicta: uel ꝙ arguſ eius fuerit inuẽtor. hæc prius in mari fuit unde ĩ cælum tranſlata eſt. huius tota effigies nõ uidetur inter aſtra ſed diuiſa eſt a pupe uſq; ad malum.
Argos ciuitas theſſaliæ. in ſingulari numero neutrum eſt: in plurari maſculinum.
Argo nauis Iaſonis dicta ꝗ prima apd̃ græcos perhibetur. Tullius fœmininum facit. maſculinum pro cõditore nauis. argus quidam græcus totus oculatus ampho αμφω.
Argutus.ta.tũ ſonorus curuatus breuis ab arguo.
Argutus qui argumentum cito inuenit: urbanus in loquendo aſtutus.
Arguere: accuſare. uel oſtẽdere. unde argumentũ.
Arguo.is.ui. argutus pticipiũ. i. conuictus & futurũ arguturus: unde argutor aris cõe antiquitus.
Argutiæ documentorum experimenta.
Argumentor aris. cõe antiquitus.
Argumentum argute inuentum quod rei dubiæ facit fidem.
Argumentum oſtenſio: nam arguere oſtẽdere dicebãt antiqui: inde argumentari: ideſt cum quadam neceſſitate probare.
Argumentũ ꝓbatio uel breuis oratio uel fabula ueriſimilis uel inſtrumentũ mechanicum
Argumentum quod in principio libri breuiter cauſam pandit.
Argumẽtatio: ꝗ ĩ diſputatõe fidẽ aſſertõibus facit.
Argumentũ eſt ipſa ſententia ꝗ fidem pſtat. Argumentatioq; ipſius ſẽtẽtiæ p orationẽ explicatio Argumentum ratio rei dubiæ faciens fidem. Argumentoꝝ uero oĩum alia ſunt probabilia & neceſſaria: ut ſi quid cuilibet rei ſit additum: totum maius efficitur. Alia probabilia & non neceſſaria ut ſi mater eſt: diligit. Alia neceſſaria & non probabilia: ut obiectu lunæ ſolis euenire defectum: hæc tamen aliis probabilibus & neceſſariis approbari poſſunt. Alia nec neceſſaria nec probabilia ut diogenes habet cornua: ꝗ nõ perdidit quæ quidem nec argumenta dici poſſunt. Dialecticuſ igitur atq; orator probabilibus utuntur ſiue neceſſaria ſint ſiue non: philoſophus uero ac demonſtrator neceſſarium ſiue probabile ſiue non cum ſola tantum ueritate pertractat. Nec probabile nec neceſſarium ſophiſtis eſt attributũ Boetius. Argumẽtatio uero eſt per orationem argumenti explicatio cuius duæ ſunt ſpecies ſyllogiſmus & inductio: Sed ſyllogiſmo enthimema: inductioni ſupponitur exemplum. Argumentum dicitur: ꝙ arguat mentem: arguit aũt tanꝗ ignaram: ut intra ſe tanꝗ de ignorantia confundatur & derelicto mẽdacio ueritatẽ deuote ſequatur.
Argus tardus græce tamen αρΊοσ.
Argos celere eſt: homerus primo Iliados κaικυν ρασ αριουσ: ideſt celeres.
Archiani hæretici dicti. ab Archio alexãdrio pſbytero orti ſunt: qui diuerſas ſubſtantias patris & filii & ſpiritus ſancti aſſerunt.
Ariblatones: negotiatores de loco ad locum tranſeuntes.
Aridam. i. ſiccam ad diſtinctionem alioꝝ elementorum: proprie deus terram uocauit.
Aria alter.
Arida ſignificat infructuoſi hominis carnem.
Aricia coniunx hippolyti iuxta egeriam.
Ariæ mortuorum puluinaria.
Ariel ĩterpretatur leo fortis dei ab ariel Idolo martis hieruſalem ſignificat.
Ariel lux mea deus: de qua Eſaias ꝓphetauit. uæ tibi ciuitas ariel: quam expugnauit dauid.
Aries: pecus. quorũdam lingua mars dicitur. uel quod aris primo imponeretur: qui in alium efferatus capite percutit: a cuius ſimilitudine arieſ dicitur bellicum tormẽtum: a quo muri diſſoluuntur. Inde arietare: ideſt ad modũ arietis aliquid impingere. Inde arietinus. na. num.
Aries primum ſignum: quod ĩ martio oritur qui eſt principium anni.
Arietes ſignificant apoſtolos eccleſiarũq; pricipes.
Arietina uaſa ex aretio Italiæ municipio rubra ſũt
Arigius ſanctus quidam fuit epiſcopus.
Arilla ciuitas prope romam fuit.
Arillatio coctio eſt panniculatia.
Arrigo actiuum ſubleuo.
Arimaſpus gens ĩ ponto uel proprium ducis uel fluuius aurifluus.
Arimaſpi hoĩes unũ oculũ habentes: ꝗ cũ gryphibus bellantes ſmaragdos lapides illis auferunt
Ariobarzanes mons aſiæ inter maſſagetas & parthos.
Arioli incantatores dicti ꝙ circa aras nefarias preces fundunt.
Aris αρησ mars proprium dei.
Ariopagus Αριοσπαΐοσ locus: ubi erant iudices nam ares græce mars deus belli: pagos uilla curia erat athenienſium uel αρẽΤη uirtus: quia ibi tota uirtus ciuitatis erat.
Ariopagitæ athenienſiũ curiales uel principales.
Ariopagos enim athenienſiũ curia dicitur.
Aripennis qui & actus dicitur ab arando dictus.
Aripuans interpretatur uiſio feruens.
Ariſare gruis eſt quãdo clamat. ſicut miluus uigit canis baubat.
Ariſba ciuitas harenoſa in fine græciæ.
Ariſmapus fluuius aurifluus.
Ariſta dicta: ꝙ prius ipſa areſcat.
Ariſtobolus rex iudeorum fuit.
Ariſtophanes proprium poetæ.
Ariſtopicia hærba quæ prius mulieribus fœtis ſuperſeſſa: poſt partum beneficio uaporis matricem purgat.
Ariſtolocia. i. raia: ſunt duo genera longa & rotunda: cuius radix trita cũ mero potui data ueneno liberat: & cõtra oĩum uenenoꝝ morſus ualet.
Ariſtoteles primæ & tertiæ declinationis ſicut demoſthenes. eurypides: drãceſ & cætera plura. philoſophus fuit: cuius ſectæ. ariſtotelici dicuntur.

Arihmetica numeroꝝ diſciplina ſecundū ſe: græci.n.rithmon numeꝝ dicunt uel componitur ex Αρετη arete græce: quod eſt uirtus & rithmon numerus.arithmeticam ideſt numerorum ratio nem:ut ioſephus ait abraham inſtituiſſe ægyptios primum manifeſtum eſt.
Atritraib ideſt.s.tertia in lege.
Arius populus hiſpaniæ.
Arma ſignificat multas & uarias res:non ſolū bellica inſtrumēta ſed ēt fere oīum artium ut agreſtiū nautaꝝ piſtoꝝ inſtrumēta:q oīa hn̄t ſingularia ſua hoc nomē omonynū non hēt ſingulare uel differentiæ cā ab armo generalis ſpeciei eſt. ab armis deriuat̄ armariū libroꝝ inde armillæ q̄ & brachialia dicuntur græce ſpichele.
Armentum & inde armentarius & armo.as.componitur armiger armipotens inermis ſemermis ideſt non bene armatus.
Arma ſunt:quibus protegimur: tela quibus pugnamus.
Armegedon īterpretatur cōſurrectio iniquoꝝ teſtiū uel mōs a latrūculis uel mons globoſus.
Arma generaliter omnium rerum inſtrumēta unde ubi reponuntur armarium dicitur.
Armamenta:firmamenta nauium : uel locus ubi arma ponuntur.
Armamentariū uero ubi tm̄ tela armoꝝ ponunt̄.
Armariū:ubi quarūcūq; artiū inſtrumēta ponunt̄ & libri:& ī quo pcipue arma ſunt poſita:ſicut Armentariū in quo armēta:uiolariū in quo uiolæ.
Armacalci nauis armamenta. uel qui in pupibus arma portant.
Armena græce Τα Αρμενα uela.
Armelauſa ueſtis uulgo dicta:quod ante & retro diuiſa & apta in armis tm̄ clauſa fit.c.ablata.
Armellum uas ſanctorum uel uinarium.
Armentia apes eſſentia & extantia.
Armēta pecuaria greges beſtiaꝝ equoꝝ boumq; ſic ab armis:qbus ſunt apta dicta:nam ſcutis boum coria.prælio equi ſunt apti:greges uero cæteri proprie collatæ uictoriæ cauſa.
Armentarius:armenti cuſtos.
Armentarium uero locus in quo armenta ſunt.
Armēia regio dicta ab armeno Iaſonis theſſali comite:q amiſo rege Iaſone collecta eius multitudine:q paſſim uagabat̄:armeniam cœpit.& ex ſuo noīe nuncupauit.Eſt aūt ſita inter tauꝝ & caucaſum cappadociæ uſq; ad caſpiū mare protenſa habens a ſeptentrione cerauncos montes ex cuius collibus tigris fluuius naſcitur.
Armenia ſylua:ī qua tigrides abundāt. Armeniæ duæ ſuperior & inferior:ſicut pannoniæ duæ.
Armenicus genus pomi:quod ab armenia uenit.
Armillæ ꝓpriæ uiroꝝ ſūt ab armoꝝ uirtute quæ quondā uiriliæ dicebant̄: cædē & circuli & brachiales rotūde.i.bogæ armi:ſpallc.Armi beſtiaꝝ ſolūmodo:quia hoīum ſunt humeri.
Armipotens:bellator.armoꝝ potens.
Armillum uas uinarium.
Armiluſtrius:quod armis locus luſtretur.
Armitenens armipotens.
Armonia modulatio uocīſ & cōſonātia plurimaꝝ uocū.ps muſicæ eſt quē diſcernit acutū & graue.
Armon interpretatur maledictiones ſanctorum.
Arnogloſſos:q a latinis plātago dr̄.i.agni lingua.
Arnogloſſa:lingua bouina hærba eſt.
Arodandarum arbor:quæ corrupte dicitur lorandrum:eo ꝙ ſimilis lauro ſit foliis.
Aromata græce latīe odoramēta ab aere dicta nā odor qđ ē niſi aer cōtact⁹ uel ꝙ ī naribus ponūt̄.
Aromatizare inde deriuatur ideſt redolere.
Aromatis gemma odoris & coloris myrrhæ.
Arrogare.aſcribere.deputare.inde arrogās: ideſt ſuperbus.abrogans uero humilis.
Arrogantiæ omnis tumor quattuor hēt ſpēs cum bonum a ſemetipſo habere ſe quis exiſtimat aut de ſup ſibi datū credit ſed pro ſuis meritis ſe hoc accepiſſe putat:aut cum ſe habere iactat qđ non habet:aut cum deſpectis cæteris ſingulariter uideri appetit habere quod habet.
Aaron interꝑtat̄ mons fortitudinis:qa thuribulū accipiēs obuiā ruinæ ſtetit.& mortem excluſit.
Arothen interpretatur ſcotomatus.
Arpa dicta a gente arporum:qui hoc inſtrumentum muſicum inuenerunt.
Arpalice una ex numero amazonum.
Arpax dictus:quia arripit αρπαζιν enim græce rapere eſt.& eſt inſtrumentū horti.ferreus uncinus dictus ꝙ arripiat quod in puteum cadit.
Arpen accuſatiuum genus tæli falcati:quo utebatur Mercurius.
Arpyæ genus auium inſatiabile manducandi αρπυε græce raptrices dictæ: nam αρπαξιν græce rapere ſicut accipitres.Ab αρπυξω tamen dicta aſpirantur.
Arpinatis cōe ē & arpinatis huius tis dr̄ & ē gētile
Arpinum caſtrum.
Arpi populus italicus.
Arquaturæ forcifes.
Ars dicta:ꝙ artis preceptis reguliſq; conſiſtat uel απο τησ αρετησ:ideſt a uirtute.nam conſiſtit octo ꝑtibus quinq; declinationibus:auguſtinus ars eſt bene recteq; uiuendi uirtus:auguſtinus: ars eſt facultas:quæ ꝑ inſtrumentū & materiam cōpetentis artificis ꝑuenit ad effectum hæc itaq; ſignificationē ſimplicem non habet ſed intelligitur ad plura ut ars poetica grammatica.
Ars eſt eleganter operandi doctrina:uel uſu comparata facultas.
Arſaces reges perſaꝝ:ſicut auguſti romanorum.
Arſenicum latine auripigmentum:cuius materia in ponto colligitur.
Arſis ē uocis eleuatio:theſis uero poſitio ut arma.
Artaba genus menſuræ ſyriacæ:q tres modios facit:& trientem.
Artare unde artatus:inde artus per ſyncopam id eſt frequenter arcere.
Artabatutæ genus mōſtri dicti: ꝙ areti ideſt proni ambulent.in æthiopia ſunt.
Arthana menſis aprilis.

Arthaleon græce fortiſſimus.
Artaxata pluraliter ciuitas armeniæ uel genus ue ſtis peregini.
Artamciſti maius menſis uel artemeſius.
Artemeyſios byzãtinoꝝ ligua aprilis mẽſis pinti noꝝ uero october:macedonũ quoq; maius.
Artelabo artificium laboratæ ueſtis.
Artemiſia ab inuentrice dicta ut plinio placet hær ba a gentilibus dianæ conſecrata.Nam græce ar temis diana.
Artepta genus uaſis:ut pugilla.
Artemõ uelũ nauis breue:quod quia melius leua ri pt in ſũmo piculo extẽdit malus & antemna.
Arteriæ fiſtulæ uel uenæ dictæ: ꝙ arectis teneant itineribus uitalem ſpiritum:uel quia per eas aer ideſt ſpiritus a pulmone fertur.
Arteriaca medicamenta : quod gutturis meatui apta ſint.
Arteriari quibus fauces reumatidiant.
Arteriaſis eo dicitur ꝙ uocem raucã reddat clau/ dens arterias.
Arteticus morbus:ab articulorũ paſſione dicitur.
Articulatim:gradatim.
Articuli dimminutiue ab artu.i.membro dicti:ut ſũt digiti.Articulus græce.o.hic.&.н.hæc.&.Το. hoc.pluraliter.oi.αι.Τa.Articuli dicti ꝙ noĩbus arctantur.i.ligantur:ut hic orator.
Articuleius articulus breuis.Inde. Articulatus ar/ ticularis.
Articulũ ingeniũ argumentũ. Articulo diei illius ideſt in fine:in initio:in hora:in momento.
Artifex q artẽ fecit generalr:in quo tria eẽ debẽt. natura doctria:uſus:priſc.hic & hec artifex.cis.
Artificiũ ars tm̃ manibus geſta.Nã ars liberalis di citur.Artificiũ præſtigium.fallaciæ magiſteriũ.
Artion hærba:quæ & proſupida dicitur.
Artiplex:duplex artitus artibus edoctus.
Artius græcorum enſis uel gladius.
Artocopus panis opator.i.piſtor:nã artos αρτοσ panis:copos κοποσ labor græce dicitur.
Artocrea:artos panis κρεας creas græce caro: ide artocrea q̃ſi panis carnẽ cõtinens uulgo tortella.
Artotyritæ hæretici:qui panem & caſeum in ſacri ficio offerunt.
Artox:malus reus.
Artiplices humidam & frigidam uirtutem habẽt in cibo ſumpti uentrem ſoluunt.
Artus dicti ꝙ colligatis inuicem neruis artentur ideſt ſtringãtur:quorum diminutiua articuli fa/ ciunt.Nam artus maiora membra dicuntur. Ar/ ticuli minora:inde artutatim ideſt membratim. hic artus huius artus & hoc artu unde artuatim antiquitus. ſic quoq; omnia : quoq; quæ faciũt in us & in.u.in utroq; quarte ſunt declinatiõis. fit autem artus p ſyncopã ab artatatus & facit ar tubus ad differentiam artibus.
Artus.ta.tũ.etiã inuenit.tior.ſimus i Saluſtio.
Arcianenæ ciuitas in armenia.
Arua ab arando & colendo dicta ideſt tellus:inde ambaruale ſacrificium aruorum.& arualis : ideſt ruſticus agreſtis.
Aruales fratres:qui duodecim ſimul ſacrificare cõ ſueuerant.
Aruas demens.
Arugo quidam color ſicut pedes accipitris.
Arrudes:edentes.circunſedentes.
Arula patella carbonum craticula.
Aruina piguedo:caro ferina:īde aruinula : adeps pingue.
Aruiragus:rex britaniæ.
Aruinare rumorem afferre.
Aruiſium promontorium chil.
Aruiſia.uina ab aruiſio.
Arrumpere:aggredi aperire:inde arruptus diui/ ſus apertus.
Arruncare.euertere.eradicare.alienare.
Aruns.cis qdã fuit.qui camellam iterfecit puellã.
Arundo canna dicta:ꝙ cito areſcat. Auguſtinus.
Arundo ſcripturam ſignificat: quæ eadem ſic ſcri bitur:ſicut ſonum uocis lingue.
Aruſpex ariolus dictus: ꝙ horas uel aras inſpici at.hi etiã exta pecudum inſpiciunt ut futura pre dicent.hanc artem tages inueniſſe dicitur.horas ideo inſpicere dicuntur quia per ſingula tempo ra obſeruare quid debeat homo:intendunt hæc tamen duo rectius aſpirantur.
Ars arcis ſumma pars ciuitatis Αρχομαι græce Incipio.
Aſa interpretatur tollens ſiue ſuſtollens.
As aſſis maſculinum genus ponderis.
Aſaleſam ideſt maiorum præpoſitus in lege.
Aſaph interpretatur congregans.
Aſaracus pater laomedontis auus anchiſæ prin ceps troianus.inde aſaraci ideſt troiani.
Aſſa lignũ latũ & dolatũ ab aſcia:q̃ fiebat uel aſtulis
Aſſe ſunt ſicci lapides.unde aſſæ tibiæ dicuntur q bus chorus.canit.
Aſarenon qui eſt terminus damaſci latine dicitur atrium fontis.
Aſſares.latas.latinum eſt.
Aſaron genus pigmenti uel hærba.
Aſſarium nummus aſſis uel figura denarii.
Aſbeſtus genus lapidis archadiæ ideo ſic dictus qa accẽſus ſemel nõ poſſit extingui. Nã albeſtus ideſt inextinguibilis:uel populus quidam.
Aſcalon ciuitas nuncupata ex nomine ceſloim ne potis caim.ipſa eſt philiſtim.
Aſcalonica:genus oleris.
Aſcana filius gomer nepos iaphet:a quo ſarmatæ
Aſcanius æneæ filius fuit.qui albam condidit.]
Aſcanius fluuius meſiæ.
Aſſedron:intellectum.
Aſcella locus ſub brachio dicta : ꝙ ab eis brachia cillentur:ideſt moueantur.
Aſcellulæ pinne uel ſquamæ diminutiuum.
Aſcendo ex ad & ſcando ſed ſubtrahitur.d.ſequẽ te.ſ.cum alia conſonante.
Aſſiſterium:monaſterium græce.
Aſcia ab aſtulis dicta:quaſ a ligno eximit.cuius di minutiuum aſciola eſt.

Aſcii græce dicuntur qui undiq̧ illuminant̃ nec umbram emittunt in meridie duobus diebus αkia enim eſt umbra.
Aſcio.cis.ſciui.tũ.aſciſco.ſciui.ſcitũ.cuius primitiuum.debet eſſe aſcio.i.aſſocio adiungo euoco.
Aſcitus peritus ab aſcio.
Aſclepius qui & æſculapius de ſexto utero natus dure faciens interpretatur.
Aſclepiadea metra ab aſclepio nõ inuenta ſed uſa Eſt autem pentametrum. habet primum ſpondeum:ſecundum dactylum cum catalecto ac deide duos dactylos ſine catalecto huic metro poſt qnq; uerſus clauſula datur:ut ſi chriſtus dederit hunc dominum uolo
Aſcra fuit inſula unde fuit heſiodus: qui ſcripſit georgica.
Aſcræus a uico aſcra ubi natus eſt heſiodus.
Aſcriptii qui capitis dant aliquod pretium.
Aſſecla aſſentator ab aſſeqndo:eo ꝙ ſequatur aliquem lucri cauſa.cliẽs buceliarius diſcipulus domeſticus.priſciãus.h & hæc aſſecla ab aſſequor.
Aſſector aris commune antiquitus:unde aſſectator imitator.
Aſſentiæ ab aſſentio tis ideſt aſſentationes adulationes.
Aſſentior deponẽs deriuatur ab aſſentio neutro: dicitur tñ & aſſentio & aſſentor aris unde aſſentatio.i.conſentio:& aſſentator.i.defenſor. blanditor.confirmator.
Aſſentior ideſt.laudo.
Aſſeuerare confirmare.
Aſſentor taris tibi deponens:confirmo adulor.
Aſſeneus filius chanaan:a quo aſſenei dicti ſunt.
Aſer fuit filius iſrael interpretatur beatus uel beatitudo.
Aſſeres:pali uel paxilli ab eſſe dicti: quia ſoli nec coniuncti in tectis ponuntur.
Aſſeres apud ueteres dictæ ſunt fœmĩe non q̃ ubera dabãt ſed ſub quaꝝ cura nutriebant̃ infantes.
Aſphalti lacus idem & mare mortuũ: pp ꝙ nihil gignit nihil recipit uiuum:ſed neq; uẽtis mouetur:nec ullam materiam ſuſtinet niſi quod bitumine illuſtratur:lucernam ardentem ferunt ſupernatare.extincto demergi lumine. hoc & mare ſalinarum dicitur idẽ & bituminis.& eſt ĩ Iudæa inter hierico & zoara.Lõgitudo eius uſq; ad zoara arabiæ dirigitur ſtadiis octingentis octogita uſq; ad uiciniam Sodomorum.
Aſphaltum bitumem.
Aſphodillum albutium.
Aſphodillos hærba quam latini albuciã uocant.
Aſſilio.ui.litum.aggredior.
Aſſidi capite cenſi.
Aſia:palus lydiæ.
Aſia totius orbis ad numeꝝ partium tertia dicit ad magnitudinem uero dimidia reperitur:ſic dicta a nomine cuiuſdam mulieris reginæ.Duæ ãt ſunt aſiæ maior & minor.Maioris ſunt principales prouinciæ.Arabia.India Parthia.Syria. Perſis.Media.Meſopotamia.Cappadocia.Palæſtia: Armẽia.Cylicia.Phœnicia.Chaldæa.Nyſauria Aegyptus & Lydia.Continet uero colpos Albanos.Parthos.Scythas & Hyrcanos.mõtes ꝑcipuos taurum:olympum:caucaſum. flumia ꝑcipuã Nilum. Indum. Tigrim.Euphraten.Hydaſpen Gangẽ & Tanaim.Hæc ab oriẽte ortu ſolis:a meridie oceano:ab occiduo mari noſtro a ſeptẽtrione mæotide lacu & Tanai fluuio termĩatur.Aſia minor ab oriente.Cappadocia cingitur. ab aliis partibus undiq; mari circundatur.Nam a ſeptẽtrione pontum euxinum habet:ab occaſu,ppontidem a meridie ægyptium mare.habet ,puincias Bithiniam Phrygiam Galathiam Lydiam Pãphiliam Hyſauriam Lyciam atq; Cyliciam. Aſia minor ab oriente icluditur Lycia & phrygia: ab occidente tegeæ littoribus:a meridie mari ægyptio:a ſeptentrione Paphlagonia:
Aſiaticus de aſia.priſc.
Aſiatis græce.inde aſiaticus.
Aſida auis ſtruthio græce ſtruthucamelon: hæc auis cum uenerit tẽpus ut oua pariat:eleuat oculos ad cælum:nec priuſq̃ uirgiliam ſtellam uiderit:oua deponit:ſed cum eam ortam uiderit:oua in terra cooperit: & ea obliuiſcitur: ſed caliditas ĩ terra illa excoquit:donec pulli producant̃.
Aſida:ſtella.uel auis.
Aſia ad mediam partem orientis habet in oceano æoo oſtia fluminis gangis:A ſmiſtra caligardamana:cui ſubiacet ad eurum inſula taprobane: ex qua oceãus indicus uorari icipit.A dextra habet timaui montis ubi caucaſus deficit: promontorium ſmara:cui ad aquilonem ſubiacent oſtia fluminis otorogoræ:ex quo oceanus ſiricus appellatur in his finibus idia eſt.Quæ habet ad occidentem flumen indum:quod rubro mari excipitur.a.ſeptentrione mõtem caucaſum.Reliqua ut dixi æoo & indico oceano terminatur.hec habet gentes.xliii.abſq; inſula taprobãe:quæ habet decem ciuitates abſq; reliquis inſulis habitabilibus plurimis.a flumine Indo quod eſt ab oriente uſq; ad flumen tigrim:quod eſt ab occaſu. regiones ſunt iſtæ.aracuſia pthia.aſſyria pſis Media ſitu terrarum mõtuoſo & aſpero.hæc a ſeptẽtrione habent montem caucaſum.a meridie mare rubrum & ſinum perſicum.In medio ãt ſui flumina ꝑcipua.Idaſpẽ & arabin. n his ſunt gentes xxxii.Sed generaliter dicitur pthia quãuis ſcripture ſanctæ uniuerſam ſæpe mediam uocent a flumine tigri uſq; ad flumẽ euphraten Meſopotamia eſt incipiens a ſeptentrione inter mõtem taurum & caucaſum:cui ad meridiẽ ſuccedit Babylonia:deinde chaldæa.nouiſſima arabia quæ & eudæmon:quæ iter ſinum perſicum & ſinum arabicum anguſto terræ tractu orientem uerſus extenditur:In his autem ſunt gentes.xx.&.yiii. a flumine euphrate quod eſt ab oriente uſq; ad mare noſtrũ quod ab occaſu eſt:deinde a ſeptentrione.i.a ciuitate datuſa:quæ in confinio armeniæ & cappadociæ ſita eſt haud procul a loco:ubi euphrates naſcitur uſq; ad ægyptum & extremũ

ſinum arabicum:quod eſt ad meridiem lõgo an guſtoq; ſulco ſaxis iſuliſq; creberrima rubro mari.i.ab oceano uerſus occaſum extenditur. Syria generaliter nominatur:habet maximas prouincias Comagenam phœniciam palæſtinam abſq; ſaracenis & nabatheis:quorum gẽtes ſunt.xii.
Aſia:elatio.ſiue eleuans reuelata ſiue gradiens auferens.
Aſſis uel as.Aſſis.genus maſculini põderis genuſ eſt ꝓ uno ponit̃:ꝓ integro aliquo uelut ꝓ libra.
Aſſis duodecim unciis conſtans quiq; ſic ſcribit̃ & libra dicitur.
Aſſiduus apud antiquos dicebat̃:q aſſibus cõferẽdis ad ærariũ aſſiduus erat uel ab aſſidere.
Aſſiduus aſſem dans dicitur.i.uindex.qui æs aſſidue dabat:qui & locuplex eſſe debebat.
Aſſiduitas:ſtudiũ.induſtria.pſeuerantia.labor.
Aſylum nunc templum alias locum:quem uiolare nefas erat:ſignificat.interpretat̃ ſine pœna uel timore.i.domus refugii.
Aſilus quẽ græci οι ϭϡρον oeſtrum ruſtici tabanũ dicunt.
Aſylum templum:quod Remus & Romulus cõdiderunt.ad quod quicunq; confugeret ab om̃i noxa liber eſſet.
Aſyntheton uerba ſine coniunctiõe.ut tempeſtas grando uenti:huic contrarius eſt polyſynthetõ ut tectumq;.laremq;.armeq;.
Aſymphonia græce:inconſonantia latine.
Aſinus ab aſſiẽdo dictus:quia priuſq̃ uſus equorũ eſſet:his homines utebantur.
Aſinus dicitur quaſi alta ſinẽs Aſina: aſellus aſella deriuantur inde aſininus.na.num.
Aſinus ſignificat corpus humanum uel populum gentilem.Aſina ſignificat carnẽ uel plebem dei notitia carentem ſed iugo aſſuetam.
Aſſyria dicta ab aſſur filio ſem : hæc ab ortu Indiã tangit a meridie Mediã:ab occiduo tigrim:a ſeptẽtrione mõtẽ caucaſum:ubi portæ caſpiæ ſunt: inde aſſyrii qui nũc Syrii dicũtur ab euphrate uſq; ad indorum fines.
Aſſyrii interpretantur dirigentes.
Aſſir :uinctus.
Aſſiſto tis ad adiuuandum uel parandum ſum paratus:unde aſſiſtrix ideſt quæ aſſiſtit ut uoluntatem alicuius faciat.
Aſſium.ſpolium.
Aſmath fortis morte.
Aſmo interpretatur nouiſſimum eius.
Aſmona celeriter numera.
Aſſoletum alliſum.
Aſſolentes aſſilentes.
Aſon ſilens feſtiuus uel os ab oſſe non ab ore interpretatur.
Aſopos fluuius de theſſalia exit pater æginæ matris æaci.
Aſopũ quod ſignificantius dicitur græce ubi multa uænalia ſunt.
Aſſor urbs regni iabin interpretatur aula.
Aſor ſagitta luminis interpretatur.
Aſotus luxurioſus.
Aſpar aſparis proprium cuiuſdam barbari.
Aſparagus dictus ꝙ ſpinoſa ſit frutex eius:ex qua naſcitur.
Aſparagi in cibo ſumpti ſtomacho proſunt.calidi ſunt:in aqua cocti omnes ueſicæ cauſas curant & calculos frangunt.
Aſparagus genus piſcis optimi uel cancri marini uel fungi.
Aſpergere.ſpargere:unde aſpergo ginis.i.aſpſio.
Aſpernor.aris.antiquitus commune:nunc deponens dicitur.
Aſperno.nis.actiuum.
Aſpernari:deſpicere.deteſtari.
Aſper aſperi & ꝑ ſyncopã aſpri fœmininũ aſpera a genitiuo fit:inde aſpero.as.ui.actiuum eſt.
Aſperum non planum intractabile durum:cuius partes in diuerſa iacent:cui contrariũ eſt læue:& dicit̃ aſperꝝ quaſi a ſpẽ leni refugiens uel ſine plano comparatur aſperior aſperimus.
Aſpeculatio.aſſenſio.
Apello.as.ui.expello.
Aſpicio ꝑ unum.ſ.nam ſubtrahitur.d.cũ ſequens ſyllaba ab.ſ.incipit & alia cõſonante:ut aſpiro.
Aſpirare:flare.fauere.immittere.redolere.
Aſpiratio ſonus uberius eleuatus : cui contrarius eſt proſodia.
Aſpidicæ uncini incaſtraturæ:fimbriæ: catenulæ.
Aſpidocelanæ immanis bellua maris cetus aſpis ſerpens:qui concite interficit.
Aſpis dis ſomnifera dum percutit:qua nulla plus habet ueneni.
Aſpira.ruina.
Aſporto pro abporto dicimus.Priſc.Aſporto.b.in ſ.uertitur:ſicut aſpello : nã apporto & appello ab ad componuntur.
Aſportare:de loco ad locum portare.
Aſpratiles:piſces ſaxoſi.
As mons ſaxonie.
As fortitudo uel firmitas.
Aſta contus cum ferro:cuius diminutiuum aſtile iaculum.
Aſtabari a Sabata filio chus.q olim ſubachei dicti.
Aſtarium ubi uenduntur bona proſcriptorum.
Aſtaroth quilia uel fractura expoliatorum
Aſtarten interpretatur factura ſuperflua.Idolum. ſidoniorum.
Aſtericus nota:quæ ibi apponitur:ubi aliqd omiſſum eſt:ut illuceſcat per eam quod deeſſe uidet̃. Nam aſter græce latine dicitur ſtella.
Aſtra ſtellæ grãdes ut oriõ:ſtella uero q̃libet & ſingularis.Sydera pluribus ſtellis facta ut pliades.
Aſtera:gemma ex india.
Aſterces gẽma cãdida habens intra ſe ſtellã candidam quandã deambulantẽ:unde ab aſtro dicit̃.
Aſtipulari:interrogare.aſſequi.inuenire.
Aſtipulator.Idoneus teſtis uel promiſſor.
Aſtyſmos eſt urbanitas ſine iracundia:ut Qui bauiũ non odit.amet tua carmia meui Virgi ius.
Aſtyonas:hectoris filius.

Aſtos.tas ſtiti.titum.& ſtatum.

Aſtraba.tabella.ubi pedes quieſcunt.

Aſtriſin mons mauritaniæ.

Aſtrocynos:canicula.

Aſtrologia eſt ratio:quæ conuerſionem cæli & ſi gnorum definit poteſtateſ:ortus quoq; ſyderum uel occaſus.

Aſtrologi:qui aſtris augurantur.

Aſtronomia aſtrorum lex : quæ curſum ſyderum docet Abraham autem hanc primum inſtituiſſe ægyptios Ioſephus auctor aſſeuerat.

Aſtrolabium inſtrumentū de circulo uel etiā qua drato factū cū fiſtula recta.dictū qa eo aſtra laban tur.i.ad noſtrā cognitionē ueniunt.

Aſtrologia partim naturalis parti ſupſtitioſa ē Na turalis dum exeqtur ſolis & lunæ curſū uel ſtel larum certas tempoꝝ ſtationes.Supſtitioſa uero eſt:illa quā mathematici ſequūtur.q in ſtellis au gurant̃ quiq; ēt duodecim ſigna per ſingula aīæ corporis mēbra diſponūt:ſyderūq; curſu natiui tates hominū & mores prædicare noſcūtur.

Aſtronōia uero ē una e.ſeptē liberalibus artibus.

Aſtroſus:quaſi malo aſtro natus.

Aſtruere.affirmare.

Aſterco equus.ambulator.

Aſtula a tollendo dicta genus hærbæ & regio.

Aſtruco onis accipiter maior.

Aſtur.ſturis maſculinum eſt.

Aſtures gens hiſpaniæ:quæ circa aſtruam flumē moratur.

Aſtu nomen indeclinabile:quomodo cornu ab α ϛυ urbs.i.urbanitas eloquentia.

Aſtus:fraus.fallatia.

Aſtutus ab aſtu dictus:q eſt callidis : inde aſtutia.

